Treviso, Bibl. Com., ms. 9, f. 1r (Petricelli)

ARTIS RHETORICÆ

PRÆFATIO

Quod in DEI Optimi Maximi gloriam cadat Stu:
diosissimi Iuvenes. Ex omnium oculis, ore,
toto denique vultu, ita vos eloquentię pulcritudine,
& dignitate accensos esse intelligo, ut ęstuantem
pectore ardorem nulla possit cuiuslibet orationis
inflammatio magis accendere. Itaque, ne vobis
frustra addere calcaria videar sponte currentibus,
non illud suadeo, ut eam alacri animo, enixisque
viribus properetis. Sed quoniam afflatu quodam, in-
auditoque divino ad Artem omnium pręstantissi-
mam animum appulistis, hoc volo, ut foelicitatē
vestram mecum ipsi recognoscatis. Siquidem cę-
terarum artium quotquot in unaquaq: Reip: vel flo-
rent modo, vel aliquando floruerunt, nulla poterit
ubivis gentium reperiri, quam cum multis de cau-
sis appetere debeas, vel admirari, non aliqua possis
tunc etiam de causa vel appetere, vel odisse. Alię
cum summa valeant animos voluptate perfundere,
omnes deprehenduntur utilitatis expertes: alię cum
plurimum commodi, plurimum opis afferre soleant,
tristes, atque horridę illis ipsis fastidio sunt, quib;
maximę prosunt: alię cum maximam habeant
utilitatem cum voluptate coniunctam; omni tamen,

requirunt suam. Inchoentur ijs pene pedibus quibus
Periodi finientur ijsdemque pené clausulis nisi quod aduertẽ-
dum, quod plerumq: à longioribus, & grauioribus
clausulis abhorrent. Sed ea maximè in illis obseruẽ:
tur, quę de collocatione tradita sunt ut ~~[illegible]~~ aspera
sit ut iulca oratione abstineatur

FINIS

Artis Rhetoricæ in Epitomen contractæ à
P. Nicolao Petricellio Feltriensi Clerico Re-
gulari Congreg. Somaschæ ad usum Cõ:
uictorum Collegij Murianensis, in quo:
rum numero scripsit Petrus Dominicus
de Monico Fi. Henrici Ciuis Nobilis, I.
Iudicisq: Taruisini, & Equitis D. Marci
currente Anno Dñi MDCXC

Treviso, Bibl. Com., ms. 9, f. 101r (Petricelli)